

LOTIO E ZINCO ET CUPRO COMPOSITA.

- ℞. Oxydi zinci grana duodecim.
 Sulfatis cupri grana quatuor.
 Aquæ calcis uncias duas.
 Mellis Rosacei drachmam unam, *Misce.*

Usus : Hæc lotio diu secreta habita efficax
 inventa fuit ad ulcera genitalium alia-
 rumve partium phagedænica.

INJECTIONES.

INJECTIO ADSTRINGENS.

- ℞. Gummi-resinæ Kino drachmam unam—
 duas.
 Aluminis grana viginti—triginta.
 Aquæ fervidæ libras duas.

*Misce trititando ; dein digere calide
 per horam, et cola.*

Usus : Blennorrhœa rebellis, ter quaterve
 de die.

Vel :

- ℞. Corticis (vel foliorum) Quercus-Ro-
 boris pulv. unciam unam—duas.

Aquæ libram unam semis.
 Coque ad colaturam libræ unius.
 Quandoque, loco corticis Quercus, sumitur
 Gallarum pulv. uncia semis.

I N J E C T I O A D B L E N N O R R H Œ A M prima.

℞. Acetatis plumbi liquidi uncias quinque.
 Muriatis hydrargyri oxygenati drach-
 mam semis.

Misce terendo; dein liquorem per subsi-
 dentiam depuratum effunde; ejusque drach-
 mam unam — duas cum aquæ puræ libra
 una misce. — Portio injiciatur mane et ves-
 peri.

I N J E C T I O A D B L E N N O R R H Œ A M secunda.

℞. Sulfatis zinci grana duodecim.
 Acetatis plumbi liquidi guttas duodecim.
 Aquæ destillatæ libram unam.

I N J E C T I O A D B L E N N O R R H Œ A M tertia.

℞. Sulfatis zinci drachmam unam.
 Aquæ camphoratæ uncias duas.
 Aquæ puræ libras duas. Misce.

Portio hujus injiciatur quater de die, idque singula vice ter repetatur.

INJECTIO CUPRATA.

℞. Solutionis cupri ammoniacalis guttas quadraginta octo.

Aquæ puræ libram unam. Misce.

Vel :

℞. Sulfatis cupri grana viginti—triginta.

Aquæ puræ libras duas. Misce.

Vel :

℞. Linimenti viridis quantum placet.

Usus : Blennorrhœa ; metrorrhagia ; ulcera urethræ ; fistula.

INJECTIO AD FISTULAS.

℞. Tincturæ Littæ vesicatoriæ drachmas tres—quatuor.

Aquæ libram unam. Misce.

NB. Ut effectus desideratus oblineatur, dosis Tincturæ addita talis esse debet ut inflammationem excitet.

Vel :

℞. Lotionis ex muriate hydrargyri quantum placet.

Injiciatur portio sæpius de die.

Vel :

℞. Aquæ calcis cinchonatæ quantum placet.

Vel :

℞. Emulsionis Gummi - resinæ Ammon quantum placet.

Vel :

℞. Aquæ calcis,

Alcoholis, ana uncias octo. *Misce.*

NB. Alcohol gradatim augeatur, donec alcohol purum ferat æger. Hac methodo latera fistulæ sæpe perfecte siccantur et cicatrisantur.

I N J E C T I O A D L E U C O R R H Œ A M (P R I N G L E).

℞. Sulfatis zinci,

Aluminis fusi, ana unciam semis.

Aquæ libras duas.

Misce ut fiat solutio.

Injiciatur uncia una hujus liquoris in vaginam ter quaterve de die, idque singula vice ter repetatur.

INJECTIO AD LEUCORRHŒAM (YOUNG).

℞. Acetatis plumbi liquidi drachmas duas.

Aceti puri libram semis.

Aquæ Rosæ libram unam semis.

Misce.

Usus : Metrorrhagia ; leucorrhœa. — Portio
hujus sæpius de die in vaginam injiciatur.

INJECTIO EX MURIATE HYDRARGYRI
OXYGENATO.

℞. Muriatis hydrargyri oxygenati granum
semis—unum.

Aquæ destillatæ uncias quatuor.

Quandoque adduntur :

Acetatis plumbi liquidi guttæ octo.

Usus : Blennorrhœa rebellis. — Alii eandem
etiam in Blennorrhagia adhibent.

INJECTIO E NITRATE ARGENTI.

℞. Nitratis argenti fusi granum unum.

Aquæ destillatæ uncias sex.

Usus egregius : Blennorrhœa. — Item *forma
collutorii* : Ad tumorem lingue et ulcera
oris ex hydrargyro.

INJECTIO OLEOSA.

℞. Olei Olivarum (vel Amygdalarum) un-
cias quatuor.

Injiciatur portio leniter calefacta.

Quandoque cum successu adduntur :

Acetatis plumbi liquidi guttæ octo.

Usus : Inflammatio urethræ violenta ;
stranguria.

INJECTIO E PLUMBO COMPOSITA.

℞. Pulveris e plumbo grana viginti.

Sulfatis zinci grana sex.

Aquæ Rosæ uncias quatuor. *Misce.*

Usus : Hanc injectionem ad Blennorrhagiam
laudavit CLARE, sed eam tutius in blen-
norrhœa adhiberi credo.

INJECTIO SEDATIVA.

℞. Aquæ destillatæ uncias quatuor.

Tincturæ opii guttas quinquaginta.

INJECTIO SEDATIVA COMPOSITA.

℞. Extracti opii drachmam unam—tres.

Aquæ fervidæ libram unam.

E N E M A T A. 589

Terendo misce, dein adde
Acetatis plumbi liquidi drachmam
unam—tres.

Usus : Blennorrhagia (J. HAMILTON).

E N E M A T A.

ENEMA ACETATUM.

℞. Aquæ tepidæ uncias sex.

Aceti puri uncias duas — sex. Misce.

Fiat Enema, omni hora vel bihorie
repetendum.

Usus : Ileus desperatus ; obstipatio rebellis.

NB. Si irritabilitas recti major sit, dosis
aceti diminuatur.

ENEMA ANTISPASMODICUM.

℞. Gummi-resinæ Ferula-Assæ foetidæ
drachmam unam.

Aquæ uncias octo.